



# COMMENTARIORUM

*Secundi Anni de gestis Scipionis Picinini Exercitus Venetorum  
Imperatoris in Annibalem Sfortiam Mediolanensium Ducem  
ad Serenissimum Principem Franciscum Foscari Venetorum  
Ducem per Clariss. Historicum, & Poëtam  
Laureatum Porcellium Neapolitanum*

PROEMIUM INCIPIT: LEGE FELICITER.



dem materno subsidio superaret, tamen id operis genus Herculi Jove genito nihil obesse potuisset. Figmentum meâ quidem sententiâ admirabile, nec ab inerti, & obtuso, sed ab acerrimo, & perspicaci ingenio profectum. Etenim virtutem esse Herculem volunt, voluptatem Antheum, cujus est more pecudum finis, victus ac rerum terrenarum luxuries; quod autem à matre cadens majores vires acciperet, id arbitror ad exercitationem devolvi. Quanto enim magis palæstra exercebatur; tanto ad luctandum ingeniosior, agiliorque ad deducendam ( ut palæstrici solent ) membrorum compaginem. Quo fit, ut fortior ac robustus magis fuisse videretur; quorum hæc? ut intelligas, Serenissime Princeps, dici, fierique omnia melius, quæ fuerint exercitationi accommodata; neque enim his unquam concesserim, qui eos esse Medicos ferunt, qui egregiè tradunt præcepta medicinæ; sed qui corpora humana curant, eaque ab invaliditudine ad valitu-

Tom. XXV.

Ntheum Gigantem ab Hercule Jovis, & Alcmenæ filio apud Libiam luctando victum, Græci primùm tradidere, cadentique matrè Terram crebro vires subministrasse: quo victorem Alcidem materno subsidio superaret, tamen id operis genus Herculi Jove genito nihil obesse potuisset. Figmentum meâ quidem sententiâ admirabile, nec ab inerti, & obtuso, sed ab acerrimo, & perspicaci ingenio profectum. Etenim virtutem esse Herculem volunt, voluptatem Antheum, cujus est more pecudum finis, victus ac rerum terrenarum luxuries; quod autem à matre cadens majores vires acciperet, id arbitror ad exercitationem devolvi. Quanto enim magis palæstra exercebatur; tanto ad luctandum ingeniosior, agiliorque ad deducendam ( ut palæstrici solent ) membrorum compaginem. Quo fit, ut fortior ac robustus magis fuisse videretur; quorum hæc? ut intelligas, Serenissime Princeps, dici, fierique omnia melius, quæ fuerint exercitationi accommodata; neque enim his unquam concesserim, qui eos esse Medicos ferunt, qui egregiè tradunt præcepta medicinæ; sed qui corpora humana curant, eaque ab invaliditudine ad valitu-

A dinem bonam deducunt; Imperatorem armis tritum, virtute, justitia, moderatione, constantia, fide, & auctoritate Imperatoris servata dixerim, non eum, qui agendum, quid sit, præceptis, non experientia comprobavit; eodem modo de Oratoribus, de Poëtis, deque historiæ Scriptoribus audeo dicere, quorum monumentis illustribus vivunt viri laudæ digni memoriâ hominum sempiternâ. Et quod mirabile dictum est, ex mortalibus immortales fiunt; Græci, Duces eorum, & militiæ Imperatores, miris in cælum laudibus extulerunt; Themistoclem, Epaminundam, Lyfandrum, Xersem, Darium, Pirrum, & ante omnes Alexandrum Macedonem Philippi filium; eorum autem septem, qui Sapientes nominati sunt, immortalis nomine, & gloria decoraverunt, eum maximè, qui ab Oraculo Apollinis sapientissimus judicatus est. Romani rerum domini, qui jura gentibus, ac leges dederunt, quique virtute insigni, summa justitia, & incredibili sapientia cælo eorum animos adæquaverunt, non Reges modò, & Imperatores, verumetiam Dictatores, ac Cæsares rebus perquam fortiter beneque gestis æternitati commendarunt. Romulum, & fratrem Remum, urbis Romæ Conditores, Numam Pompiliū, & reliquos usque ad Superbum, Coriolanum, Furium, Camillum belli fulmina, Scipiones, Gracchos, M. Marcellum, Sulpicium, Gallum, & collegam, qui primus Romanorum eclipsim Lunæ cognovit. Adde Fabios, eum maximè, qui, ut Rempubliam cunctando restitueret, Maximus cognominatus est: Sillam,

B Ma-